UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De laude scripto[rum] pulcherrimus tractatus d[omi]ni Joha[n]nis tritemij abbatis Spanhemensis ordinis sancti benedicti de obserua[n]tia burßfelden[sis] ...

Trithemius, Johannes

Maguntinu[m], 1494

Qua[m] bonu[m] et vtile sit eis si scribant vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31333

Visual Library

bus ſuis dñari nouit: q̄ ſub obedientia cõuerſari humili
ter didicit: etiã ſi iuuenis ſit. idoneus eſt ad montem dei
aſcendere. Cum autẽ q̄ adhuc paſſionibus animalibus
ſubiacet. q̄ adhuc infirmus ꝛ debilis eſt. ab mõtis acceſſu
pedem coherceat: et ſanctis exercicijs actiue vite operam
impendat. Hi tales itaqꝫ ad ſcribendi officiũ deputandi
ſunt: ne ſuis libertatibus ꝑnicioſe dimiſſi. in baratrum ſe
erroris ꝓcipitent. Nemo enĩ repente fit ſummus: ſed cer
tis diſtinctionũ gradibus. homo in altũ ꝓficit. Ab acti
ua vita incipiendũ eſt: ut ad cõtemplatiuã rite ꝑuenias.
In nulla autẽ re monachus actiue ꝑfectioni plus appro
pinquare ſufficit: q̄ȝ ſi ex caritate diuinas ſcripturas re
ſcribendo inuigilet. Nã vnde elemoſynã dabit: q̄ nichil
habet? Scriptor autẽ deuotus opa miſericordie abun
danctus implere dinoſcitur: cuius labor maioris meriti
comprobatur. Hinc quidã ſic cecinit. Predicat. atqꝫ ſtudet
ſcriptor. largitur. et orat. Affligitur. ſal dat. fontẽqꝫ. lucẽqꝫ
futuris. Eccleſiã ditat. armat. cuſtodit. honorat. Quis la
bor iſto vtilior: qui tot ꝓrogatiuis honoratur? Deniqꝫ ſi
q̄s de hac materia melius informari deſiderat: librũ can
cellarij pariſienſis de laude ſcriptoꝝ legat. Ibi enĩ iam
dictas vtilitates ſcribendi copioſe videbit expoſitas: et in
laudẽ boni ſcriptoris plura cõgeſta ſintagmata. Nullus
ergo labor manibus exercetur: q̄ nr̃o magis cõueniat ꝓpo
ſito. q̄ȝ officiũ ſcribendi. Hoc antiquitus cõſiderãtes mo
nachi cũ incredibili deſiderio libros deſcribebãt: ſcientes
hanc artẽ omnipotenti deo ſingulariter eſſe dilectã. Uult
enĩ nos deus ſuã voluntatẽ ſcire et facere: et mãdata ſol
licite cuſtodire. Sed volũtas eius ad noſtrã ſcientiã ne
quaqꝫ ꝑtingeret: niſi hãc ſcriptoris induſtria lr̃is cõmen
daſſet. Nuncij ergo voluntatis dei ſcriptores ſunt: q̄ hãc
nobis ꝑ lr̃as tradiderũt.

Quã bonũ et vtile ſit mona= chis ſcribere. Cap. vj.

Magna eſt itaqꝫ huius ſacratiſſime artis vtilitas: que nō ſolum p̄ſentibus. ſed etiā futuris annūciat voluntatē dei. Monachi autē ſcribentes libros diuinos. q̄ nō docendi ſed plangendi habent officiū. cum ſermone p̄dicare non valeant: manu et calamo voluntatē dn̄i longe futuris annūciant. Et maior eſt ſcriptoris pietas officio predicantis: quia illius cū tempore perit monitio: iſtius ꝑſeuerat in annos multos annūciatio. Predicator loquitur dūtaxat p̄ſentibus: ſcriptor p̄dicat etiā futuris. Illius ſermo ſemel auditus. cito in nichilū redigitur: iſtius lectio milleſies repetita nunquā minuitur. Cū p̄dicator deficit ceſſat officiū: ſcriptor etiā mortuus in volumine moribus facit inſtitutum. Parū valet officiū p̄dicantis: ſi ſcriptoris miſterio non iuuetur. Quid em̄ p̄dicabit: ſi ſcriptor qđ legat non ſcripſerit? Ex pietate igitur ſcriptoris: vtilis efficitur ſermo p̄dicantis. Niſi em̄ ille ſcriberet: iſte qđ p̄dicaret non haberet. Quattuor aūt vtilitates p̄cipuas monachus in ſcribendo deuotus cōſequitur. Tempus qđ p̄cioſiſſimū eſt fructuoſe expenditur: eius intellectus dū ſcribit illuminatur: ad deuotionē interior affectus accenditur: et poſt hāc vitā ſingulari mercede premiatur. Quomodo poſſet monachus cōceſſum ſibi tempus fructuoſius expendere: q̄ꝫ ſcribendis voluminibus cū amore dei inſiſtere? Nam huic officio deus fauet: angeli cōgaudentes aſſiſtūt: oīm deuotio fideliū ſyncera famulatur. Deniqꝫ interim ꝙ bonas deuotaſqꝫ reſcribit materias: cogitacōnes inanes vel turpes nō patitur moleſtas: verba ocioſa non loquitur: ſeuis rumoribus nō maculatur: ſed quietus et ſolitarius ſedens cū gaudio epulatur in ſcripturis: et bonis exercicijs ad glorificandū deū prouocat intuentes. Etenim dū bonas ſcribit materias: ſcribendo in agnitionē miſteriorum paulatim introducitur: et interius animo magnifice illuſtratur. Fortius em̄ que ſcribimus menti imprimimus: qꝛ ſcribentes et legentes ea cū morula tractamus. Mens quoqꝫ ſcribentis ad deuotionē felicius plerumqꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

accenditur: dum ſcripturas ruminās ſepe ꝑ eas inflāma
tur. Quale autē deuoto ſcriptori premiū in celo debeatꝛ:
ex multis eoꝝ laboribus facile colligitur. Credimus eñ
ꝙ ſcriptor deuotus et ſincerus in illa retribucōne iuſtoꝝ
ꝑdicatoris aureola nō priuetur: qui tā multos manu do
cere in fide cōſpicitur. Nā qḋ ille loquēdo: hic ſcribendi
officio docet. Fuit in quodā cenobio noſtri ordinis mihi
nō incognito frater quidā deuotus qui in ſcribendis ad
ornatū bibliothece voluminibꝫ magnū habebat ſtudiū:
ita ut quotienſcumqꝫ a diuino potuiſſet vacare officio. ad
ſecreta celle ſe conferens. huic ſacrato labori inſiſteret.
Unde et multa ſanctoꝝ opuſcula. cū ingenti deuotione
excopiauit. Huius mortui oſſa cū poſt multos annos le
uarētur de terra: tres digiti dextere manus. quibus tot
volumina ſcripſerat. tam integri ⁊ incorrupti inuenti ſūt:
ac ſi eodem tempore ſepulchro fuiſſent impoſiti. Reliquū
autē corpus ut moris eſt cōſumptum ad oſſa fuit. Quo
teſtimonio colligitur: ꝙꝫ ſanctū hoc officiū apud om̄ipo
tentē deū iudicetur: cuius ut meritū viuentibus oſtende-
ret: etiā in mortuis cadaueribus mēbra ſcriptoꝝ hono-
rauit. O fratres mei ſi ſciretis huius vtilitatē operis: nō
eſſetis tam pigri et tardi ad officiū ſcriptoris. An puta-
tis deū victimis poſſe placari ſtultoꝝ? Maius meritū
habet ad deū humilis frater deuote ex obedientia vnū li
brū excopians: ꝙꝫ ille q̇ et deuote et ex ꝓpria auctoritate
cōtemplationi vacare videtur. Melior eſt eñ obedientia
ꝙꝫ victime. Monachus autē bonū opus ſi iubetꝛ debet
dimittere: et abbatis voluntatē licitā. nō ſuā adimplere.
Malū eñ ꝓpter obedientiā nunquā eſt faciendū. Itaqꝫ
fratres chariſſimi nolite hoc bonum negligere: ſcribendi
ſtudiū nolite vilipendere. Magnū nanqꝫ bonum eſt: et
eccleſie catholice et animabus veſtris valde comodoſum
Si quis in eo ſe vſitauerit: quāte vtilitatis ſit agnoſcet.
Incipite cū deſiderio: et cū amore ſancto ꝑficietis. Gau-
det ſe vnuſquiſqꝫ in domo dei ad alioꝝ vtilitatē aliquid
laboribus ſuis attuliſſe. Clemens et iuſtus eſt dñs. la-

boꝛes veſtros. tam pios. tam vtiles. tam neceſſarios eccle-ſie. non ſine maxima retribucõne tranſibit.

Qđ propter impreſſurã a ſcribendis volumibus nõ ſit deſiſtendũ. Capꝰ. vij.

NEmo cogitet fratres nemo dicat: q̃d neceſſe eſt me ſcribendo fatigari. cum ars impreſſoꝛia tot tantoſq̃ libros trãſfundat in lucẽ: ut modico ere magnam bibliothecam poſſimus inſtruere? Uere quicũq̃ talia loquitur: ocio ſuo tenebras facere conatur. Quis neſciat: quãta ſit inter ſcripturã et impreſſurã diſtantia? Scriptura eñ ſi membranis imponitur. ad mille annos poterit ꝑdurare: impreſſura aũt cũ res papirea ſit. q̃diu ſubſiſtet? Si in volumine papireo ad ducentos annos ꝑdurare potuerit: magnum eſt. quãq̃ multi ſint qui ꝓpria materia impreſſurã arbitrentur conſumendã. Hoc poſteritas iudicabit. Eñuero etiã ſi multa volumina impreſſa ſint: nũquã tamen adeo imprimentur. quin ſemꝑ ad ſcribendũ qđ impreſſum nõ ſit valeas inuenire. Nec facile quiſq̃ omnes impreſſos libros vel inuenire poteſt vel emere. Et ſi etiã omnes libri tocius mũdi imprimerentur: a ſtudio ſuo ſcriptoꝛ deuotus nequaq̃ deberet deſiſtere: ſed etiã impreſſos vtiles ꝑ ſcripturã perpetuare: qui alioquin diu nõ valent ſubſiſtere. Hoc eñ faciens dabit ſcripturis nutantibꝰ firmitatem: paruis precij magnitudinem: caducis tempoꝛis longeuitatem. Deuotus autẽ ſcriptoꝛ ſemꝑ inueniet. cui incumbens officio mereatur. Non patitur coſtringi ſub conditione impreſſoꝛis. Liber eſt: et libertatis ſue gaudebit officio. Neq̃ eñ impreſſoꝛi inferioꝛ eſt: ut ſtudiũ ſuũ deſerat. propter illius impreſſuram. Sed eo conſulte preterito letus via cepta progreditur: ſciens ſuã coꝛonã apud deũ nõ minuendã: quacũq̃ impoꝛtunitate alterius. Qui autẽ a ſcribendi ſtudio ceſſat propter impreſſurã: